Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xpi: ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Et autem
qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut in-
telligimus secundum virtutem que operatur in nobis ipsi
gloria in ecclia et in xpo iesu in omnis generacionis
seculi seculorum amen. Sequentia lucae.
In illo tempore: Ibat ihesus in ciuitatem que uocatur naym:
et ibant cum illo discipuli eius et turba copiosa. Cum
autem appropiaret porte ciuitatis: ecce defunctus ef-
ferebatur filius unicus matris sue. Et hec erat uidua
et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum
uidisset dominus misericordia motus est super eam: dixit
illi: Noli flere. Et accessit et tetigit locculum. Hi autem
qui portabant steterunt. Et ait: Adolescens tibi dico:
surge. Et resedit qui erat mortuus: et cepit loqui. Et
dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: et mag-
nificabant deum dicentes: Quia profeta magnus
surrexit in nobis: et quia deus uisitauit plebem suam.
Ps: Oculi omnium. Dominica xvi. Ad Ephesios
Ego uinctus in domino: ut digne ambulemus uocatio-
ne qua uocati estis cum omni humilitate et mansuetudine
cum patientia sustinentes in uicem in caritate: solliciti
seruare unitatem spiritus in uinculo pacis: unum cor-
pus et unus spiritus sicut uocati estis in una spe uocationis
uestre. Unus dominus: una fides: unum baptisma. Unus
deus et pater omnium: qui super omnes et per omnia et in omni-
bus nobis: qui est benedictus in secula seculorum amen.
In illo tempore: Cum intraret ihesus domum. Sequentia lucam
cuiusdam principis pharisaeorum sabbato manducare panem:
et ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus